



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 3. Præclara S. Chrysostomi verba in hanc rem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

atque intendere tamquam summam & complementum felicitatis vestrae. Cui tandem hærescitis? Relinquitte terram terræ, & relinquitte cœlum, ad hoc enim conditi estis, ut percipiat aliquando & possideatis regnum eternum quod præparatum est vobis à constitutione mundi.

§. III.

Præclara S. Chrysostomi verba in hanc rem.

Concludam hoc argumentum verbis notatu dignissimis S. Chrysostomi in illius Apostoli ad Hebræos c. 13. admonitionem: *sint mores sine avaritiâ*. Sic igitur loquitur aureum eloquentiæ os, scitè in hanc rem: *Cur non potest ut qui querit, quæ Deo congruunt, hæc quoque non assequatur; at enim ne studium circa terrena evacuatur: de spiritualibus autem nulla est ratio, propterea terrena nobis pro voto non proveniunt; Christus enim dixit: *Quærite primum regnum Dei & iustitiam eius*, & hæc omnia adjicientur vobis. Hæc in adjectionis parte tamquam adjectionis dicit dari: nos autem ordinem pervertimus. & perimus terram, & bona in terra quasi cælestia additionis loco nobis deest: idcirco neque ista neque illa habemus. Ergo desideramus aliquando & efficiamur futurorum desideratores.*

CAPUT